

14

For Τοῦ λοιποῦ ὁ δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος Κρήτης δὲν δύνανται νὰ εἶναι ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ οἴκου, οὔτε συγγενεῖς. Εἰς τούτους δὲν παρέχεται συγγνώμη συγγενείας ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου. 1376, Φεβρουαρίου 5.

15

Λόγω καταχρήσεων καὶ ἀμελείας τῶν ὀφφικιούχων ἀποστέλλονται εἰς Κρήτην προνοηταὶ καὶ σύνδικοι ἔχοντες ἐξουσίαν ρεκτόρων κατὰ ὀφφικιούχων. Οὗτοι ἐπανερχόμενοι θὰ λογοδοτήσωσι καὶ θὰ ἀναφέρωσι περὶ τοῦ χρηματικοῦ τοῦ ὑπάρχοντος εἰς τὰ ταμεῖα καὶ τῶν ὀφειλομένων εἰς αὐτά. Πρὸ παντὸς ὀφείλουσι νὰ πληροφορήσωσιν ἐὰν παρίσταται ἀνάγκη νὰ καθιερωθῶσι καὶ ἐν Κρήτῃ ὀφφικιοῦχοι ἐπὶ τῶν εἰσπράξεων ὡς ἐν Βενετίᾳ ἢ ἀλλαχοῦ. 1376, Φεβρουαρίου 14.

For 82^{to} Millesimo trecentesimo LXXV, die XIII Februarij.

Capta. Cum per id quod sentitur relatione fidedigna ab aliquo tempore citra, facta nostri communis in insula Crete non fuerint bene tractata et continuo uadant in desolationem cum notabili damno nostri communis, quod accidisse
5 uidetur ex defectu et negligentia officialium nostrorum qui fuerunt deinde. Primo namque dicitur quod res nostri arsenatus Candide non possint stare peius nec magis disregulate quam stent. Preterea dicitur quod commune nostrum recipere debet ultra yperperos XXV mille de comerclis que non sunt exacta, quia comerclarij acceperunt et accipiunt cotidie, pignora et signa sicut sunt anuli et alia
10 modici ualoris, que remanent in camera loco denariorum qui deberent esse soluti. Nec sunt solliciti ad exigendum sicut deberent, dicitur etiam quod exigantur comercla sepissime per unum comerclarium solum et alibi, quam ad officium scilicet ubicunque se reperiunt et portant denarios exactos ad domum suam. Que omnia sunt contra formam commissionis sue. Insuper dicitur quod officium quin-
15 que de pace, quod est commissum camerarijs fit per duos suos scribanos uidelicet quod dicti scribani soli recipiunt accusas, testificationes et alios actus et ostendunt postea regimini Candide illos processus quos uolunt et reliquos ommittunt. Ex quo uidetur quod commune sit in damno de condemnationibus non factis et non excussis, ultra yperperos 30 mille, dicitur eciam quod municiones castrorum
20 insule predicte male tractantur in magnum damnum communis. Item dicitur quod per camerarios Crete non exiguntur denarij communis sicut deberent et secundum formam sue commissionis. Et propterea sit penitus necessarium prouidere quod hec omnia bene examinentur ut reformari possint cum bono et honore nostro; uadit pars quod committatur expresse prouisoribus nostris et sin-
25 dicis in proximo ituris ad partes Crete, quod habeant illam auctoritatem et arbitrium contra omnes officiales insule Crete tam presentes quam preteritos, quam habent contra rectores, inquirendo principaliter et super omnia de damnis et